



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

346. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 161
urbibus constitutæ, quarum statum necesse
est expensa non modica sustentari, acceptis,
si offerri contigerit, sub justa æstimatione re-
ditibus & divini timore judicij commutentur.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCCXLV. Quicumque Presbyter de ju- Ex eod. Conc.
Rom. c. 6.
Burchard. lib.
3. c. 180.
re Tituli sui quolibet modo, præter aurum,
argentum, vel gemmas, vestes quoque, si
sunt, vel si accesserint aliqua mobilia ad orna-
menta divina minimè pertinentia, aliquid in
perpetuum alienare tentaverit, donator, alie-
nator, ac venditor honoris sui amissione mul-
tentur.

Item cap. v 1.

CCCXLVI. Præterea qui rem Ecclesie Ex eod. Conc.
Rom. c. 7.
petierit & acceperit, vel qui Presbyterorum
aut Diaconorum seu Defensorum danti sub-
scripserit, quo iratus Deus animas percutit
anathemate feriatur.

Ut Presbyteri non vendant rem Ecclesie
ubi sunt constituti. *Ex Concilio
Carthaginensi.*

CCCXLVII. Item placuit ut Presby- Concil. Car-
thag. c. 33.
Burchard. lib.
3. c. 178.
teri non vendant rem Ecclesie ubi sunt consti-
tuti, nescientibus Episcopis suis; quomodo &
Episcopo non licet vendere prædia Ecclesie
ignorante concilio & Presbyteris suis. Non
habentem autem necessitatem nec Episcopo
liceat Ecclesie rem Tituli sui usurpare. [*Le-
gendum*, liceat matricis Ecclesie nec Presby-
tero rem &c.]

L